



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

37 Praxis proponendae causae seu Commissionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

37 Talisque ordo est obseruan-
dus in earum propositione;
nam post obedientiam à Car-
dinalibus præstitam Summo
Pontifici in Confistorio publi-
co , Aduocatus propositurus
causam , siue Commissionem ,
ut suprà, sistit antè solium Sum-
mi Pontificis è conspectu illius ,
medius inter D. Decanum Col-
legij manentem à dexteris , o-
limquè à sinistris Procuratorem
Generalem Fisci Pontificij , nunc
verò Promotorem fidei , qui
Aduocatus præ manibus tenere
debet papyrus Commissionis
cæteris Aduocatis circumstan-
tibus , & facta genuflexione
primum suæ orationis versicu-
lum eloqui , mox autem filet ,
quia

qui à Cardinali, vel Legato mit-
tuntur duo Diaconi , vt illos
introducant in Consistorium ,
Oratoribus verò Patriarchæ, Ar-
chiepiscopi , vel Episcopi assi-
stentes , post quorum discessum
iterata genuflexione prosequitur
iàm cœptam orationem, donec
Cardinales, Legati , vel Orato-
res Consistorium ingressi fue-
rint , quibus ingressis , si Lega-
ti , vel Oratores sint , orationi
finem imponet , & genuflexus
cum Procuratore Fisci olim in-
stabat vt infra . Quare supplicat
deuotus Sanctitatis Vestræ ora-
tor N. Fisci , & Cameræ Apo-
stolicæ procurator generalis , vt
Causam , & Causas huiusmodi
&c. Et Summus Pontifex alta

K 2 vo-

148 CAPVT

voce respondebat. Placet. Nunc autem relatis precibus Principum, & aliorum postulantium fieri tales Beatificationem, vel Canonizationem, instat pro ilius commissione, prosecutio ne, vel expeditione; aduersus quam Promotor fidei protestatur opponendo ea, quæ singulis apposite congruunt, & successuè Summus Pontifex alta voce solet ita rescribere, Audiat Congregatio Sacrorum Rituum, & nobis referat. At si Confessorium habeatur pro galero tradendo Cardinali nouiter creato, Aduocatus illo Confessorium ingresso, expectabit donec idem cum cœteris Cardinalibus inde discedat versus facel lum;

TERTIVM. 149

lum , gratiâ ibidem legendi , &
iurandi Constitutiones Aposto-
licas , quibus recedentibus pro-
sequitur orationem inchoatam
usquè ad eorum redditum in
Consistorium , quo secuto ge-
nusficit , & instat pro commis-
sione Causæ ut supra .

Olim quoquè animadueren-
dum erat ab Aduocatis , nè in
eorum declamationibus immi-
scerent aliqua tangentia ordi-
nem , vel Dignitatem Episco-
palem , seu miracula , aut In-
dulgentias , vel similia , quæ
aures Pontificis , & Auditorum
quoquomodo lædere potuif-
fent ; Nam cum Aduocatus ,
qui orauerat in Consistorio ha-
bito 23. Decembris 1600. di-

K 3 xif-

150 CAPVT

xisset quædam aduersus Episcopum Germanum , ac de miraculis , Clemens VIII. præcepit Gubernatori Vrbis , ut admoneret Collegium , quòd imposterum casus proponendos in Consistorio assumeret à Procuratore Fiscali , quem ordinem postea reuocauit ad preces Collegij , iussitquè nihil innouari , prævia tamen promissione ipsius Collegij , quòd in orationibus futuris non apponenterunt tangentia Episcopos , miracula , Indulgentias , & similia , cuius rei historia enarratur *in libro Camerarij* fol. 17.

38 Hodie * verò obseruanda sunt contenta in instructione , quam Secretarius Congregatio-

nis